

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliæ ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

CHRONICON ANGLIÆ,

AUCTORE

MONACHO SANCTI ALBANI,

AB ANNO 1328 USQUE AD ANNUM 1388.

Ad. Murim., Rex Edwardus fecit tres comites, scilicet dominum Johannem A.D. 1328.
 ed. Hog. Eltham, fratrem suum, comitem Cornubiaæ; dominum Rogerum Creation of
 p. 58. de Mortuo Mari, comitem Marchiaæ Walliæ; et Pincernam three earls.
 Hiberniaæ, comitem de Ormunde.

Ibid. p. 59. Eodem anno Cantuariensis archiepiscopus tenuit concilium Provincial
 provinciale Londoniis, in quo ordinavit quod in die Parasceves council at
 et in Commemoratione Animarum ab omni [servili]¹ opere London.
 cessaretur; ubi ipse et omnes præsentes episcopi excommuni- Excommunicati-
 caverunt et excommunicatos denunciaverunt omnes, qui Wal- slayers of
 terum de Stapiltone Exoniensem² episcopum interfecerunt, seu W. Staple-
 manus violentas injecerunt, et omnes qui eis opem, assensum, of Exeter,
 vel consilium præbuerunt. Item archiepiscopus statuit, de con-
 sensu concilii, quod festum Conceptionis Beatae Mariae Vir-
 ginis solemniter celebretur.

Wals. Hist. David, filius Roberti de Bruse, Johannam, sororem regis Marriage of
 Hemingb. Edwardi tertii, duxit in uxorem. David Bruce
 and the
 princess
 Joan.

Ad. Murim., Hoc anno obiit Rogerus Mortivaus, episcopus Saris- A.D. 1330.
 p. 63. buriensis; cui successit Robertus Wyvile per provi- Death of the
 sionem, vir utique competenter illiteratus et minime perso- bishop of
 natus, quem si papa cognovisset, nunquam, ut creditur, ad Salisbury;
 tantum apicem promovisset. Per idem tempus obiit Jo- and of the
 hannes episcopus Bathoniensis, et licet Radulphus de Salopia Bath and
 fuisse concorditer electus, confirmatus, et consecratus per Wells (A.D.
 Cantuariensem archiepiscopum, postea tamen de curia Romana 1329).

¹ *servili]* Supplied from B.² *Exoniensem]* Oxoniensem, H. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliae ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

se redemit, ut rata essent facta de ipso, non sine magna pecunia et quantitate.

A.D. 1330. Quarrel between the pope and duke of Bavaria. Hoc tempore papa reservavit fructus beneficiorum vacantium per quadriennium, pro warra sustentanda contra ducem Bavariæ.

Birth of the Black Prince. Hoc anno natus est novo regi Edwardo primogenitus suus Edwardus ex regina sua, septimo-decimo kalendas Junii.

A.D. 1330. Death of Robert Bruce. Eodem anno Robertus le Bruse lepra percussus obiit septimo idus Junii, ut quidam volunt.

A.D. 1330. Execution of Roger Mortimer. Ipsò quoque anno, in crastino Sancti Lucæ, captus est apud Nothingham¹ Rogerus de Mortuo Mari, qui se comitem Mar-

chiæ fecerat appellari; indeque missus Londonias, judicio par-

liamenti distractus et suspensus est in vigilia Sancti Andree.

Mors Rogeri de Mortuo Mari.

Reasons for his execution. Non [tamen]² venerat in judicium ad respondendum; nec mirum, quoniam, a morte comitis Lancastriæ usque ad mortem hujus comitis, omnes nobiles ad mortem traditi sine responsione et convictione legitima perierunt, sola judicantium voluntate. Causæ vero mortis ejus istæ fuere:

Prima, quia dicebatur [quod ipse]³ fuit consentiens quod pater regis in castello de Berkeley⁴ fuerat suffocatus. Ex qua causa dominus Johannes Mautrevers et dominus Thomas de Gyney senior, qui fuerunt deputati custodiæ ejus ibidem, et quidam alii sè retraxerunt ad partes transmarinas. Et propter ea dominus Simon de Berford fuit suspensus.

Secunda causa fuit, quia ipse impedivit honorem regis et regni apud Stanepark, ubi Scotti fugerunt, qui capi faciliter et interfici potuerunt, si ipse qui fuit major [de]² concilio regis [tunc]² fecisset congregati Anglos cum Scotis.

Tertia causa fuit, quia ipse, receptis viginti millibus librarum a Scottis, et illis tunc permisit evadere; et turpem pacem postmodum inter Scottos et regem juvenem fieri procuravit, et super hoc chartam regis eisdem fecit fieri. Et etiam illud vile matrimonium, contractum inter sororem regis Angliae et David, filium Roberti de Bruse, fieri consuluit⁵ et procuravit.

Quarta causa fuit, quia male consumpsit totam pecuniam inventam in thesauris regis et domini Hugonis le Spenser,⁶ et

¹ Notingham, B.

² Supplied from B.

³ Om. H. B.

⁴ Berkle, B.

⁵ consuluit] consiluit, H.

⁶ Spensar, B.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliæ ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

SANCTI ALBANI.

3

omnia bona regni, postquam regina intravit Angliam; ita quod A.D. 1330.
pse et regina abundabant, et dominus rex remansit egenus.

Quinta causa fuit, quia appropriavit sibi custodias et
maritagia pingua per totum regnum Angliæ; et quia fuit
malus consiliarius regi et regno, ac cum matre ejus nimis
secretus, ut de aliis taceamus.

Ad. Murim. p. 65. Hoc anno concessit papa regi Angliæ decimas bonorum ecclesiastiarum per quadriennium, medietate sibi retenta. Papal concession of tithes.

Wals. Hist. i. 193. Hemingb. Rex Edwardus fecit homagium Philippo regi Franciæ pro terra Vasconia; et die Lunæ post festum Sancti Matthei apostoli, Londoniis, inter Crucem et Soperslane,¹ tresdecim milites tenuerunt hastiludia, per tres dies, contra quoscumque venire volentes. Edward does homage to Philip of France.

Ad. Murim. p. 66. Hoc anno Edwardus rex mare transivit, sicut mercator, cum episcopo Wyntoniensi² et Willermo de Monte Acuto et paucis aliis; et fecit proclamari Londoniis, quod ivit in peregrinationem, et fecit custodem regni dominum Johannem de Eltham, fratrem [suum],³ et cito postea rediit et fecit torneamentum⁴ apud Derteford.

Isto anno habuit rex quintam-decimam a populo, etiam decimam a burgis. An aid granted.

Edwardus le Bailolle, filius Johannis le Baillolle, cum Henrico de Bello Monte, et Gilberto de Umfreyl, et David comite de Athels, aliisque quibusdam nobilibus, sed parva admodum manu Anglicorum, id est duobus millibus, intravit Scotiam, ut regnum recuperaret, circa festum ad Vincula Sancti Petri; et bello commisso cum Scotis in loco qui vocatur Gledesmore, devicit quinque comites et multos barones et nobiles de Scotorum gente, cum maxima plebis multitudine ad numerum sexaginta [millium]⁵ plebanorum.

Eodem [autem]³ anno idem Edwardus, apud Scone, rex Scotiæ coronatur, quinto kalendas Octobris. He is crowned at Scone.

Hoc anno concessa est regi quinta-decima de comuni plebe. An aid granted.

Higd. Polych. Venit rex Angliæ in auxilium præfati regis Scotiæ, et ob-sedit Berwicum, quarto idus Julii, per terram et per mare; et quarto-decimo kalendas Augusti, imperfecta maxima

¹ Soperslane, B.

² Winton, B.

³ Supplied from B.

⁴ torneamentum] B.; tormentum, H.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliæ ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1333. Scotorum multitudine juxta Berwicum, Scotti versi sunt in fugam, et reddita est villa regi Angliæ.

Nempe quidam miles Scoticus, Willelmus de Keth, pro-^{Higd.}
misit, quod adduceret ad certum diem Scotorum exercitum,
ad pugnandum cum regibus et obsidionem dissolvendam;
quod nisi faceret, urbs Berwici [regi]¹ redderetur. Interea
subdole Scotti combusserunt, in partibus Northumbranis, et
obsederunt castrum de Bamburgh, ubi tunc temporis regina
Angliæ morabatur, ut² sic fortassis possent solvere obsi-
dionem.

The Scots
lay waste
Northum-
berland.

Battle of
Halidon
Hill.
f. 125 b.

Tandem, die præfixa hora nona, pelago pleno advenerunt
Scoti contra Anglos, in tribus aciebus omnes pedites distincti,
quarto-decimo kalendas Augusti, prope Berwicum, in loco qui
dicitur Boothull juxta Halidone. Qui oppressi sunt a sagit-
tariis Anglorum et insecuti ab equitibus Angliæ usque ad
noctem; ita quod ceciderunt [ex Scotis]¹ octo comites, mille
et trecenti equites, et de plebeiiis triginta quinque millia.
Quo viso, oppidani,³ ut præmittitur, Berwicum regi Angliæ
reddiderunt; et, quod mirabile dictu est, non ceciderunt ex
parte Anglorum, nisi unus miles, unus armiger, et duodecim
pedites.

Prælati vero totius Scotiæ fugerunt in Franciam, et quidam Ad. Murim,
ad summum pontificem, et remedium petierunt. p. 71.

A.D. 1334.
Birth of the
princess
Isabella.

Hoc anno nata est regi filia Isabella.

Rex Scotiæ fecit homagium regi Angliæ.⁴

Edward
Balliol does
homage to
Edward.

The Scots
rebel.
Edward
lays waste
Scotland.

In festo Sanctorum Gervasii et Prothasii, Edwardus de Higd.
Bailliolo, verus rex Scotiæ, fecit homagium Edwardo regi Polych.
Angliæ, pro regno Scotiæ, apud Novum Castrum super Tynam,
in præsentia trium episcoporum, comitum, baronum, et copiosæ
plebis. Et cito postea Scotti rebellarent. Quamobrem rex Angliæ,
sub hieme gelida, Golwodiam intrans, totam patriam usque ad
mare Scoticum devastavit; castrumque de Rokesburgh repa-
ravit, ubi ipse cum suis per totam hiemem moram traxit.

¹ Supplied from B.

² ut] si, B.

³ oppidani] B.; oppidum, H.

⁴ This title is placed before the preceding sentence in H. and B.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliae ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

SANCTI ALBANI.

5

Hoc ante, in parlamento tento Londoniis concessa A.D. 1334.
est regi a laicis quintadecima, et decima de clero. An aid granted.

Higd. Polych. Hoc anno obiit papa Johannes vicesimus-secundus, in Ad-
ventu Domini; et cito post in eadem hebdomada successit Bene-
dictus duodecimus, monachus prius et abbas Cisterciensis or-
dinis, deinde in propria diœcesi episcopus, tandem cardinalis,
et demum apostolicus est effectus. Qui mox ad professores
diversorum ordinum constitutiones edidit eorum regulas con-
cernentes.

Novus dux Cornubiæ.

Hoc anno circa festum Beati Gregorii, in Quadragesima, rex A.D. 1337.
Edwardus, in pleno parlamento apud Londonias, de comitatu Prince
Cornubiæ fecit ducatum; quem contulit primogenito suo Ed-
wardo, una cum comitatu Cestriæ. Ordinavit etiam ibidem Edward
duke of Cornwall.
sex comites, videlicet Henricum de Lancastria juniorem, New earls.
comitem de Derby; Willelmum de Monte Acuto, co-
mitem Sarisburia; Hugonem de Audele, comitem
Glovernia; Willelmum de Clyntone, comitem Hun-
tingdonia; Willelmum de Boun, comitem Northamp-
tonia; Robertum de Ufforde, comitem de Southfolchia.
Eodem anno rex Edwardus cum Lodowico de Bavaria, Treaty with
regnum Alemanniæ occupante et se imperatorem appellante, fœdus [iniit] ¹ infructuosum.

Hoc anno, decimo kalendas Junii, obiit Ricardus de A.D. 1335.
Walinforde, abbas Sancti Albani; cui successit dominus Succession
Michael de Mentmor in officium pastorale. to the ab-
bacy of St. Alban's.

Eodem anno, apud villam [Sancti]¹ Johannis in A.D. 1336.
Scotia, obiit dominus Johannes de Eltham, frater regis Death of
Edwardi, quondam comes Cornubiæ. John of Eltham.

Hoc anno regina Angliae peperit filium apud Hat- Birth of
feld,² qui vocatus est Willelmus; sed statim postea William of
diem clausit extremum, et sepultus est apud Eboracum. Hatfield.

Discordia inter reges.

Wals. Hist. i. 221. Higd. Polych. Hoc anno villa de Southamptone per galeas regis Franciæ A.D. 1337.
fere totaliter est combusta. Quo anno orta est grandis dis- The French
burn Southampton.

¹ Supplied from B.| ² Hatfeld, B.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliæ ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

6

CHRONICON A MONACHO

A.D. 1387. cordia inter reges Angliæ et Franciæ, eo quod rex Franciæ ^{Higd.}
Polych. multas terras et oppida in Wasconia improbe usurpaverat. Quia
 de causa, rex Angliæ plures oblationes humiles regi Franciæ
 fecerat, [si]¹ saltem sic posset recuperare terras suas; sed cum
 nil proficeret, collectis undecimque pecunias, mare transire
 dispositus. Nempe in parlimiento apud Notyngham exegit
 quintum-decimum denarium de communi plebe et decimum de
 burgis.

An aid. Admission of foreign artisans. In hoc parlimuento ordinatum est, ut omnes lanifici Flandriæ
 et aliarum terrarum, volentes inhabitare [Angliam],¹ pacifice
 advenirent. Revera, per tres annos elapsos, interdictum
 fuerat passagium de lanis, ut citius Flandrensum superbiam
 rex devinceret, qui plus saccos quam Anglicos venerabantur.

Confiscation of Lombards' and others' goods. Eodem anno, propter instantem werram inter regna, rex
 Angliæ confiscari [fecit bona Longobardorum, et Cluniacensium
 monachorum et Cisterciensium.]² per totum regnum.

Comet. Hoc anno, circa kalendas Augusti, id est, per quindenam
 præcedentem et quindenam sequentem, cometa apparuit, præ-
 signans fortassis dirum bellum futurum inter regna; quæ
 partim radios emittebat versus orientem, et partim versus
 austrum.

An aid. Concessa fuit hoc anno regi decima ecclesiæ Anglicanæ per
 tres annos sequentes.

Ordinance against the use of foreign cloth, &c. Statutum fuit in parlimuento hoc anno, ut nullus
 uteretur panno extra Angliam operato, præter regem,
 reginam, et eorum liberos; nec pellura transmarina,
 nisi qui possent expendere centum libras per annum.

Adventus cardinalium.

A.D. 1388. Papal mediators for peace between England and France. Cardinales venerunt in Angliam, pro pace reformanda ^{Wals. Hist.}
i. 222. inter Angliam et Franciam. Sed cum compertum fuisset
 cardinales plus favere regi Franciæ quam regi Angliæ, ut
 patebat in sermone unius cardinalis ad clerum habito, archi-
 episcopus Cantuariensis surrexit³ et prædicavit publice asser-
 tiones cardinalis fore vanas. Et post modicum temporis mani-
 feste dicebatur in Anglia, quod rex habuit jus in regnum
 Franciæ, quod prosequi intendebat.

¹ Supplied from B. and W.

² Supplied by a second hand, H. B.

³ *surrexit*] *surrexit*, H.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliae ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

SANCTI ALBANI.

7

Probitas Walteri Manni.

Wals. Hist. i. 222. Eodem anno dominus Walterus Manni, duxor navigii regis A.D. 1338. Angliae versus terram Anagniae,¹ cum applicuisset ad quandam Sir Walter Manny's insulam, vocatam Ageneys, pro aqua recenti haurienda, et sui exploit at sea. fuissent² dispersi per insulam, mox insulanii dederunt in eos³ insultum, cum fratre comitis Flandriæ, qui fuit dux eorum; ubi, post multa discrimina hostium, virtute sagittariorum superati sunt, ita quod dictus frater comitis Flandriæ reddidit se Waltero, et populus universus. Qui quidem frater comitis ductus est in Angliam, et regiæ⁴ traditus voluntati. Quidam vero de insulanis, cum ad quandam ecclesiam configissent, a Wallicis, qui cum nostris [profecti]⁵ fuerunt, circa tria millia, cum ecclesia conflagrati sunt,

Post festum Pentecostes habuit [rex]⁵ concilium apud Bury Council at Bury. de transitu faciendo ultra mare, et subsidio sibi conferendo; et in illis partibus usque ad suum transitum morabatur. Ubi Wallici multa dampna fecerunt per illam moram, qui noxii sunt ubique.

Ordinavit proinde rex primogenitum suum, ducem f. 126. Cornubiaæ, principalem custodem regni, una cum comite Prince Edward appointed regent. Warennæ, ex consilio magnatum suorum.

Transfretatio regis.

Dominus rex, dispositis suæ profectiōne necessariis, sails for Flanders. cum Philippa regina et duabus [filiabus]⁵ eorum, et exercitu copioso, circa festum Translationis Sancti Thomæ martyris, intravit mare, [et]⁵ prospere venit ad portum de le Swyne; ubi unanimiter Flandrenses occurrerunt eis, offerentes se paci ejus et fidelitati. Indeque transiens pervenit ad terram Brabanciæ; cui occurrit dux Brabanciæ, cognatus ejus, et ipsum suscepit cum gaudio et honore.

Ibid., i. 223. Interea, cum nunciatum fuisse duci Bavariae, quod rex Meeting of Edward and Louis of Bavaria. Angliae advenisset, accersiri eum jussit, et circa kalendas Augosti occurrit sibi juxta Coloniam, ubi cum maximo apparatu

¹ Hanoniæ, W.² fuissent] B.; fuerunt, H.³ in eos] super eos, B.⁴ regiæ] B.; regi, H.⁵ Supplied from B.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliæ ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1338. et gloria se invicem salutarunt. Quidam autem ferebant, quod Wals. Hist. 1. 223. Bavarus indigne ferebat, quod rex Angliæ non se submisit ad osculum pedis ejus. Cui responsum fuit, quod rex Angliæ fuit rex unctus, et habet vitam et membrum in potestate sua, et iccirco non debet se submittere [tantum]¹ sicut alius rex non unctus.

Fœdus infructuosum.

Post mutuam collocutionem et pristinæ confœderationis renovationem, dictus Bavarus, qui se dicit imperatorem, constituit regem Angliæ vicarium suum, et rediit ad loca sua. Rex vero Brabantiam est regressus, ubi per annum jugiter moram traxit; maximamque partem exercitus et propriæ sue familiæ remisit in Angliam, una cum Walensibus, qui fuerunt multis noxii. Rex [autem]¹ Angliæ per hanc moram in Brabantia, consilio Brabantinorum et Flandrenium, arma Franciæ suis armis immiscuit, et boreales partes Franciæ, usque ad Tornacum, incendit et vastavit.

Edward
quarters
the arms of
France.

Birth of
prince
Lionel.

Quo tempore natus est regi Edwardo filius apud Andwerp, et vocatus est Leonellus.

Remarkable
frost, &c.

Eodem anno, a quinto kalendas Decembris usque quarto idus Februarii, gelu maximum duravit in Anglia, et nives nullæ.

Prodigium.

Ipsò anno prodigium apparuit in hac terra; salices nempe in mense Januario flores protulerunt, rosis in quantitate et colore persimiles, quamquam eo tempore fuisset hiems tanta, quanta non fuerat per transactos retro viginti annos. Interpretetur qui poterit signi prodigium, cuius relator esse delegi potius quam expositor.

Edward
takes the
title of king
of France.

Hoc etiam anno rex Edwardus se regem Franciæ et Angliæ appellari constituit.

Rex rediit [in]² Angliam; et parliamentum Londoniis; et de duce Austrice, et probitate domini Oliveri de Ingham et Burdegalensium.

A.D. 1339.
Edward
returns to
England.

Hoc anno, circa festum Purificationis, rex Edwardus rediit Higd. Polych. in Angliam; uxorem tamen suam apud Andwerp in Seland.

¹ Supplied from B. and W.

| ² Supplied from B.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliae ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

SANCTI ALBANI.

9

dimisit cum liberis, quasi in sui redditus assecurationem. A.D. 1339.
 Celebratoque Londoniis parliamento, aliisque negotiis rite dis- Parliament.
 positis, induxit Anglicis tributum quintæ partis bonorum suo- Taxes.
 rum, et lanas omnium occupavit; nonam[que garbam]¹ de
 omni gleba Angliae suis expeditionibus deputavit. De quorum
 proventu dominos villarum vicinarum respondere fecit.

Quo tempore dux Austriae requisivit a rege ejus filiam suo Proposed
 filio despensandam, mittens sibi literam, cuius stili principium royal mar-
 riage.
 tale fuit:—

Wals. Hist.
i. 225.

“ Excellenti et magnifico domino Edwardo, regi Angliae
 “ illustri, sincero² et amico suo carissimo, Otto, Dei gratia
 “ dux Austriae, Styriae, et Karinthia, dominus Carniolae, Mar-
 “ chiæ, ac Portusuaonis, comes in Hapesburgh et in Chiburgh,
 “ necnon landagravius Alsaciæ,³ cum sinceræ dilectionis affectu,
 “ votivorum successuum continuum incrementum, etc.”

Eodem anno, die Translationis Sancti Thomæ, archi- Eclipse of
 episcopi Cantuariensis, fuit eclipsis solis immediate the sun.
 post meridiem, et duravit per duas horas. Ecliptica-
 batur enim usque ad quartam partem.

Ibid.

Per idem tempus civitas Burdegaliæ est obsessa per mili- French siege
 tiam regis Franciæ. Cives vero, tamquam invalidi ad resis- of Bordeaux.
 tendum, cautelose fixerunt se velle reddere dictis Franciis, et
 apertis januis intromiserunt multos de Gallicis, et arma regis
 Franciæ in turribus erexerunt. Quod videntes, tam qui intus
 [erant]⁴ quam de foris, deposuerunt arma sua, civitatem
 [captam]⁴ et [eis]⁴ redditam æstimantes. Dominus Oliverus
 de Ingham, miles nobilis, et custos dictæ civitatis et terræ,
 subito cum magna manu irruit super eos inermes, et cum ci-
 vium adjutorio [magnam]⁴ eorum multitudinem interemis; unde
 rex Angliae promisit eis auxilium affuturum in proximo, tam
 per terram quam per mare, inter cetera ista⁵ scribens:—

“ Gaudere debitis, qui per magnitudinem vestram et
 “ constantiam comparastis vobis nomen per sæcula gloriosum,
 “ quod semper excellere laborestis; et sic vos remunerare
 “ curabimus, quod exemplo retributionis vestre reddentur alii
 “ promptiores ad exponendum pro nobis [liberaliter]¹ se et
 “ sua, etc.”

Hoc anno obiit Ricardus de Bentworthe, episcopus Succession
 Londoniarum, regni cancellarius; cui successit⁶ magister in the see of London.

¹ Supplied from B.² *sincero*] socero, H.³ *Absaciæ*, H. B.⁴ Supplied from B. and W.⁵ *ista*] ita, B. W.⁶ *successit*] sui, H.

Cambridge University Press

978-1-108-04920-7 - Chronicon Angliæ ab Anno Domini 1328 usque ad Annum 1388: Auctore

Monacho Quodam Sancti Albani

Edited by Edward Maunde Thompson

Excerpt

[More information](#)

10

CHRONICON A MONACHO

A.D. 1340. Radulphus de Stratforde, nepos archiepiscopi Cantuariensis.

Captio comitum Sarisburiae et de Soutfolk.¹

A.D. 1339. Per idem tempus comes [Sarisburia²] Willelmus Mount- Wals. Hist. i. 226.
 The earls of agu,³ et comes Southfolchiæ, Robertus de Ufforde, post regis
 Salisbury and Suffolk taken at Lille. [Anglia⁴] recessum in transmarinis moram continuantes, in-
 consulte convolarunt ad arma, ut cum Flandrensum adjutorio
 inimicos regis sui contererent,⁴ et post multas [peractas]² vic-
 torias nimis de semet ipsis præsumentes, ad urbem, Lile voca-
 tam, accesserunt, ut [eam]² ab oppressione Gallicorum libera-
 rent; ubi multitudine Francorum occurrente, dum neuter vellet⁵
 cedere, captus est uterque, et ad regem Franciæ in Ramis
 Palmarum Parisius destinatus. Qui quamvis lætus effectus
 esset de ipsorum præsentia, eos tamen arte carcerali custodiae
 commendavit.

Edward's sudden visit to the Tower. f. 126 b. Cum rex, ut præmittitur, pervenit⁶ in Angliam, Ibid. i. 224.
 subito nocte media pervenit ad turrim Londoniarum, et non
 invenit in eadem nisi pueros suos et tres servientes. Cujus
 constabularius erat tunc Matheus de la Beche.

Imprisonatio quorundam.

Imprison- Rex igitur offensus, accersivit majorem Londoniarum; quem
 ment of cer- mox direxit pro cancellario et thesaurario, domino le Wake,
 tain officers. Johanne de Sancto Paulo, Michaelae le Wate,⁷ Philippo de
 Thorpe, Henrico de Stratforde, Johanne de Stonore justiciariorum
 de Banco; et hos omnes, præter cancellarium et thesaurarium,
 arrestavit et imprisonavit. Expost in diversis partibus regni
 fecit arrestari Johannem de Pultneye, Willelum de la Poole,
 Willelum de Scharschulle, Willelum⁸ de Wilughby, Jo-
 hannem de Schardelow, et Thomam de Ferariis, qui omnes
 diversis custodiis missi sunt; sed cito post dominus de Wake
 honorifice deliberatus est.

Year of plenty. Isto anno tanta fuit rerum copia et æris inopia, quod quar- Higd. Polych.
 terium frumenti Londoniarum ad duos solidos vendebatur, et
 ad dimidiam marcum bos pinguis.

¹ Southfolk, B.⁵ vellet] nollet, H.² Supplied from B. and W.⁶ pervenit] redisset, B.³ Muntagu, B.⁷ Wathe, B. W.⁴ contererent] conterent, H.⁸ Willelum] Ricardum, B. W.